

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

189.
157

NUPTIIS SECUNDIS

Optimi Viri

TOBIÆ *Ben-*
denburgs SPONSI, DV.
CENTIS IN MATRI-
MONIUM

Castissimam Virginem

MAGDALENAM,
VIRI HONORATI HEN-
NINGI Beckers / CIVIS QVONDAM
Halberstadenſis filiam relictam,
SPONSAM,

CELEBRANDIS GRVNINGÆ

4. Idus Majas

Anno 1617.

GRATVLANTVR AMICI.



HALBERSTADI

Ex officinâ Typographicâ Iacobi-Arnoldi Cotenij.

TOBIAE
MAGDALENAM
VIRI HONORABILIS
GEBERNARDI GRAYNOR
GRATIAVITAE AMICI
HABERIT
In forma typographica...





I.

VT modò pulsam hyemem dudum Sol aureus
Sub terras, coelumq; æstivâ luce refulsit, (egit
Frigora, nix, glacies, junctis abiére manipulis,
Et nova post tristes imbreis data gratia rebus,
Pro nive, pro glacie, pro frigore fertilis æstas,
Dives opum, dives frugum & dulcoris abundans:
Sic quoq; post atros redeunt tibi gaudia luctus
Tobia, post dura quies, post nubila Phœbus.

Haftenus heu nimium sævos perpeffus es imbres
Fortunæ instabilis, rapidis quando horridus Austris
Juppiter intonuit. Nunc demum nubibus actis
Jugiter optatæ frueris splendore diej.

En nova nupta tibi Venere & Junone secundâ
Jam datur in thalamos. Frontem quin ergo Catonis
Exsue, tristitiæ cessent & luctus inanis.

Nunc opus est hilari vultu lepidoque cachinno.
Hæc tibi, quæ Lachesis peperit, quæ tristis Erynnis
Damna, perennanti jucunda refarciet usu.

Atq; ego quem dudum tibi amoris fune ligâsti,
Hisce tuæ sorti verbis ex pectore grator:
Ad sacras aras quæ jam tibi jungitur uxor,
Perpetuâ ardoris maneat tibi vincula catenâ.
Ut veluti vitis viridi sese implicat ulmo,
Flexibus ambiguis, ut latis æmula muris
Serpit helix: sic te quoq; complectatur amore
Magdalis, & pulcrâ faciat te prole parentem.
Absit Gorgoneis Alecto infecta colubris,
Mutuus adsit amor, divesq; opulencia rerum.

Deniq;

Denique, post vitæ transactos faustiter annos
Aurea cœlestis conscendite mœnia sedis.

Henningus Unverzagt Laffardensis.

II.

Concordare suis haut-rarè nomina rebus,
Tu quoq. sat. scitò lemmate Sponse probas.
Vertere turrigeris vallatas mœnibus arces
Quòd valeas, patrio nomine durus ais.
Quam tamen audaci potuisses vertere nisi,
Hactenus arx votis defuit ista tuis.
Quid faceres? Cohibendus erat Mavortius ardor,
Dum Zephyri flatus prosperioris eant.
Nunc agedum, dubia post dira tonitrua sortis,
Vertere quam possis turris amœna datur.
Quam memorem turrim rogitas? Non Pergama Troia,
Non Capitolina tecta superba domus.
Turris, Acidalia facta in certamina Diva,
Iam vertenda tuis ausibus apta venit
Quid caperas frontem? Magdlenam respice Sponsam,
Hanc turrim Ebrao reddit Apella sono.
Quin igitur valido circundas robore pectus,
Quæq. locus poscit, jugiter arma paras.
Non ea bellacis vis suppetabit Achillei,
Quæis Paris est usus, fraudibus hie opus est.
Tu modo fatalis mensuram nominis imple,
Et crebro turrim vertito Marte tuam.
Sic tua Diu placido spectabunt praelia vultu,
Postq. decem Phoebes cornua, victor eris.
Cætera dexter Hymen Venus atq. Cupido docebunt,
Victæ suppetias Ilithyia feret.
Sed quid nectò jocos? Potius quin seria tracto,
Proq. tuâ Iovæ vota salute dico.

Qui

Qui thalamum primus Paradisi sanxit in horto,
Insit & humanum multiplicasse genus:
Quig Cananais tadas decoravit in oris,
Factus ubi vitreus vna Falerna liquor:
Ille det, uxorem fato meliore capessas,
Quaque secunda tibi est, tada secunda fiet.
Impleat ut blandum melliti nominis omen
Magdalis, Ambrosia dulcior atque favo.
Quò munita tuis sit turris & ancora rebus,
Inque tuos fundat gaudia mille sinus.
Azyma laticia, Cypridos Charitumque camino
Et coquat & promat liberiore penu.
Tu quoque Tobia senioris facta sequaris,
Et, quod nomen ait, sis probitatis amans.
Magdalis Hanna fiet, non ore at amore laboris,
Teque virum digna sedulitate colat.
Iunior indè brevi Tobias pone sequatur,
Rebusque & sapida prole stet aucta domus.
Denique carulei penetretis mœnia cœli,
Nerit ut extremos Atropos atra dies.

ΕΙΕΘΣΙΧΟΥ

EVge noVV: pIstor Lato tIbI VenIt ab aXe,
tV fVrnVM pronVs VerrItO DIVes erIs.

Petrus Meierus Blancoburgensis.

III.

IAm cessit æstati properanti hyems,
Montes enim alti cana cacumina
Mittunt, comasq; sylva lapsas
Abjicit; omnis ager viretque.
Cantuq; dulci Luscinia hortulos
Complet, Cupido nunc jaculatur &
Emittit aureas sagittas,
Illicitam Venerem excitatq;

Ne

Nel sponse verò hæc sit tibi noxia,
Subire gaudes legitimi thori
Jura, & pie à Deo institutas
Connubij celebrare leges.
Thoro auspicato ast ut nihil aptius,
Inauspicato sitq; molestius
Nil, te quidem hoc puto fateri,
Pòst ut & id fateâris opto.
Cum nulla verò, quæ cupimus bene
Venire, fausto sineq; claudier,
Sient sine invocatione
Numinis aggredienda nobis.
Da summe (primus vincla jugalia
Qui in Eden horto constituisti: Vbi
Et sortis & vitæ & laborum
Consociam fabricâsti Adamo:
Huncq; ordinem adversus rabiem & dolura
Plutonis atri, pactaq; callida
Mundi, usq; dignatus tueri es.)
Sidere ut introcant secundo
Thorum jugalem, mutuus incitat
Quos ardor, aufer cunctaq; quæ mala,
Ast quæ bona elargire. Quicquid
Profit & obsit Jova nôsti.
Suavis ardor pectora qui liges
Adsit, piæ cingant Charites thorum,
Cedant Erinnyes, frequenti
Prole thorus vigeatq;. Fiet.
Occurrit autem jam mihi, Sponse mi,
Mirabile omen nominis en tuæ
Sponsæ; Duas bis literas si
E medio rapis: hæcce **MAGNA** est.

Rerum.

Rerum tuarum næ est tua Magdalis
Columna magna, est altera pars thori
Virtute M A G N A est Magdalena,
M A G N A pudore, decore M A G N A.
Formâ nitentiq; est tua Magdalis,
Cujus piam ornat, clara modestia
Amorq; purus, mentem, eiq;
Sunt comites Sophia ac Minerva.
Nunc tolle primum gramma : tene duo :
Et bis duo aufer : Magdalis en tua
A G N A est. quid hoc ? fortasse quæris,
Est patiens, animo quieto
Crucemq; (semper quæ ire solet comes
Thoro jugali) ferre cupit : bonum
Commune, Commune & periculum
Obsequiosa lubens feretq;
Cuncta adq; nutus efficiet tuos.
Est namq; delectabilis & probø,
Simplexq;. Det Jehova sorte ut
Nominis omen eat secundâ.
Addatq; nuptis, pectore se proba &
Casto professis, que solet addere
Castis piisque. Det precorq;
Ut rata sint meæ Vota, claudo.

*Amitino suo
Honoris. A. G. B. O. Ergò
L. M. Q. faciebat*

*Gvilielmus Creuterus Halbersta-
densis.*

F I N I S.



Et cum dicitur in ista Magdalis...
Columba mea est abscondita...
Veni Magdala...
Magdala...
Formam...
Cuius...
Annot...
Sunt...
Nunc...
Et...
A...
E...
C...
T...
T...
C...
O...
C...
E...
S...
N...
A...
C...
C...
U...
L...

Honoris...
L. M. G. Fischer

Guilielmus...
FINIS



№ 1996

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!


28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX





NDIS

Ben-

SI, DV.

M A T R I -

m

NAM,

TI HEN-

VONDAM

elictam,

NINGÆ

AMICI.

I

Arnoldi Cotenij.

157

157

